

À us de *J. D. Bagnacouras de*
Genève *le 15. Jan.*
Présent de l'ho pital d'Or

nr 5970

1999063037

PAVLVS

PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.



Postolica Sedi per abundantiam diuinae gratiae, nullis suffragantibus meritis, praepositi, nostrae sollicitudinis esse intelligimus, super uniuersam domum Dei ita inuigilando intendere, ut opportunis indies magis rationibus prouideatur, quò, sicut admonet Apostolus, omnia in ea honestè & secundum ordinem fiant; praecipuè uero quae pertinent ad Ecclesiae Dei Sacramentorum administrationem: in qua religiosè obseruari Apostolicis traditionibus & sanctorum Patrum decretis constitutos ritus & caeremonias, pro nostri officij debito curare omnino tenemur. Quamobrem fe. re. PIVS Papa V. Praedecessor noster, huius nostri, tunc sui officij memor, ad restituendam sacrorum rituum obseruationem in sacrosancto Missa sacrificio, diuinoque Officio, & simul ut Catholica Ecclesia in fidei unitate, ac sub uno visibili capite beati Petri successore Rom. Pont. congregata, unum psallendi & orandi ordinem, quantum cum Domino poterat, teneret, Breuiarium primum, & deinde Missale Romanum, multo studio & diligentia elaborata, pastorali prouidentia edenda censuit. Cuius uestigia eodem sapientiae spiritu

secutus similis mem. Clemens Papa VIII. etiam Præde-
cessor noster, non solum Episcopis & inferioribus Ec-
clesiæ Prælati accuratè restitutum Pontificale dedit,
sed etiam complures alias in Cathedralibus & infe-
rioribus Ecclesiis ceremonias promulgato Ceremoniali
ordinavit. His ita constitutis, restabat, ut uno etiam
volumine comprehensi, sacri & sinceri Ecclesiæ Ca-
tholicæ ritus, qui in Sacramentorum administratione
alijsque Ecclesiasticis functionibus servari debent ab
ijs qui curam animarum gerunt, Apostolicæ Sedis au-
toritate prodirent; ad cuius voluminis præscriptum,
in tanta Ritualium multitudine, sua illi ministeria
tamquam ad publicam & obsignatam normam pera-
gerent, unoque ac fideli ductu inoffenso pede ambula-
rent cum consensu. Quod sanè iampridem agitatum
negotium, posteaquam generalium Conciliorum Græcè
Latinèque diuina gratia editorum opus morari desuit,
solicite urgere nostri muneris esse existimauimus. Ut
autem rectè, & ordine, ut par erat, res ageretur, non-
nullis ex Ven. Fratibus nostris S. R. E. Cardinalibus,
pietate, doctrina, & prudentia præstantibus, eam de-
mandauimus, qui cum consilio eruditorum virorum,
varijsque præsertim antiquis, & quæ circumferun-
tur, Ritualibus consultis, eoque in primis, quod vir
singulari pietatis zelo & doctrina bo. me. Iulius An-
tonius S. R. E. Cardinalis sanctæ Severinæ nuncupa-
tus, longo studio, multaque industria & labore ple-
nissimum composuerat, rebusque omnibus maturè
consideratis, demum diuina adspirante clementia,
quanta oportuit breuitate, Rituale confecerunt. In
quo cum receptos & approbatos Catholica Ecclesiæ ri-
tus suo ordine digestos conspexerimus, illud sub no-
mine

mine Ritualis Romani meritò edendum publico Ec-
clesiæ Dei bono iudicauimus. Quapropter hortamur in
Domino Ven. Fratres Patriarchas, Archiepiscopos,
Episcopos, & dilectos filios eorum Vicarios, necnon
Abbatas, Parochos uniuersos, ubique locorum exi-
stentes, & alios ad quos spectat, ut in posterum tam-
quam Ecclesiæ Romanæ filij, eiusdem Ecclesiæ omnium
matris & magistræ auctoritate constituto Rituali in
sacris functionibus utantur; & in re tanti momenti,
quæ Catholica Ecclesiæ, & ab ea probatus usus anti-
quitatis statuit, inuiolatè obseruent. Datum Romæ
apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Pesca-
toris, die XVII. Iunij, M. DC. XIII. Pontifi-
catus nostri anno decimo.

S. COBELLVTIVS.



*Index & ordo precipuarum rerum, qua in hoc
Rituali libro continentur.*

D E ijs, quæ in Sacramentorum administratione generaliter seruanda sunt.	fol. 1.
De Sacramento Baptismi ritè administrando.	5
Ordo Baptismi paruulorum.	15
De Baptismo adultorum.	24
Ordo Baptismi adultorum.	26
Ordo supplendi omiffa super baptizatum.	48
Ritus seruandus cùm Episcopus baptizat.	50
Benedictio Fontis Baptismi extra Sabbatum sanctum Paschæ & Pentecostes, cùm aqua consecrata non habetur.	52
De Sacramento Pœnitentiæ.	56
De absolute ab excommunicatione in foro exte- riori.	62
Ritus absoluendi excommunicatum iam mortuum.	64
De modo absoluendi à suspensione, vel ab interdicto.	65.
De sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.	67
Ordo ministrandi sacram Communionem.	69
De Communione Paschali.	73
De Communione infirmorum.	74
De Sacramento extremæ Vnctionis.	80
Ordo administrandi Sacramentū extremæ Vnctionis.	83
Septem Psalmi pœnitentiales.	90
Litaniæ.	99
De visitatione & cura infirmorum.	107
Modus iuuandi morientes.	122
Ordo commendationis animæ.	124
De exequiis.	149
Quibus non licet dari Ecclesiasticam sepulturam.	151
Exequiarum Ordo.	152
Officium defunctorum.	172
De officio faciendo in exequiis, absente corpore de- functi,	

	functi, & in die tertio, septimo, trigesimo, & anni- uersario.	260
	De exequiis paruulorum.	262
	De Sacramento Matrimonii.	271
	Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum.	275
	De Benedictione mulieris post partum.	277
	De Benedictionibus regulæ generales.	279
	Ordo ad faciendam Aquam benedictam.	280
	Benedictio candelarum extra diem Purificationis beatæ Mariæ Virginis.	283
	domorum in Sabbato sancto Paschæ.	284
	domorum alio tempore faciendâ.	285
	loci.	286
Bene- dictio.	domus nouæ.	ibid.
	thalami.	287
	navis.	ibid.
	communis super fruges & vineas.	288
	peregrinorum ad Loca sancta prodeuntium.	289
	peregrinorum post reditum.	291
	Benedictiones esculentorum præsertim in Pascha.	293
	agni Paschalis.	ibid.
	ouorum.	294
Bene- dictio.	panis.	ibid. & 295
	nouorum fructuum.	295
	ad quodcumque comestibile.	ibid.
	olei simplicis.	296
	Benedictiones ab Episcopis, vel aliis facultatem haben- tibus, faciendæ.	297
	sacerdotalium indumentorum in genere.	ibid.
	mapparum, seu lintheaminum altaris.	299
Bene- dictio.	corporalium.	300
	tabernaculi, seu vasculi, pro sacrosancta Eucha- ristia conseruanda.	301
	nouæ Crucis.	301
	Imaginum IESV Christi D. N. B. Mariæ, & San- ctorum.	302

Ritus benedicendi, & imponendi primarium lapidem pro Ecclesia ædificanda, seruandus à Sacer- dote facultatem habente ab Episcopo.	303
Ritus benedicendi nouam Ecclesiam, seu Oratorium publicum, vt ibi sanctissimum Missæ sacrifi- cium celebrari possit.	310
reconciliandi Ecclesiam violatam, si nondum erat ab Episcopo consecrata.	315
Ritus benedicendi nouum cœmeterium per Sacerdo- tem ab Episcopo delegatum.	319
Ordo reconciliandi cœmeterium violatum, siue Ecclesiæ contiguum sit, siue separatum, vbi Ecclesia non est polluta.	322
De Processionibus.	324
De Pro- in die festo Purificationis B. Mariæ Virg.	326
cessionem. in die Palmarum.	336
Ordo seruandus in Litaniarum maiorum Processione, & Rogationum.	359
De Processione in Festo Sanctissimi Corporis Christi,	371
De Processione ad petendam pluuiam.	382
De Processione ad postulandam serenitatem.	384
Preces ad repellendam tempestatem.	386
Preces dicendæ tempore penuriæ & famis.	388
Processio tempore mortalitatis & pestis.	390
Preces dicendæ in Litanis tempore belli.	391
Processio in quacunque tribulatione.	396
Preces dicendæ in Processione pro gratiarum actione.	398
De Processione in translatione sacrarum Reliquiarum	406
De exorcizandis obsessis à dæmonio.	407
Formula scribendæ in libris habendis apud Parochos.	439



I
DE IIS QUÆ IN
SACRAMENTORVM
ADMINISTRATIONE
generaliter seruanda sunt.



*T*ea, quæ ex antiquis Catholice Ecclesie institutis, & sacrorum Canonum Summorumque Pontificum decretis, de Sacramentorum ritibus ac ceremonijs hoc Libro prescribuntur, qua par est diligentia ac religione custodiantur, & ubique fideliter seruentur; illud ante omnia scire & obseruare conuenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus de ijs ritibus decreuit in hæc verba:

Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesie Catholice ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris prohibito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit. Sess. 7. Can. 13.

Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius aut utilius, nihilque excellentius aut magis diuinum habeat

A
*Uso de Capuchinos de Genova
Junio 13 de 1821.*

tur, quàm Sacramenta ad humani generis salutem à Christo Domino instituta: Parochus, vel quivis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse in primis debet, se sancta tractare: atque omnè ferè temporis momento ad tam sanctæ administrationis officium paratum esse oportere.

Quamobrem illud perpetuò curabit, ut integrè, castè, pièque vitam agat: nam etsi Sacramenta ab impuris coinquinari non possunt, neque à pravis ministris eorum effectus impediri: impurè tamen & indignè ea ministrantes, in æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde pœniteat: sed si habeat copiam Confessarij, & temporis locique ratio ferat, convenit confiteri.

Quacunque diei ac noctis hora ad Sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstando (præsertim si necessitas urgeat) moram interponat. Ac propterea populum sæpè, prout sese offeret occasio, præmonebit, ut cum sacro ministerio opus fuerit, se quamprimùm aduocet, nulla temporis aut cuiuscumque incommodi habita ratione.

Ipse verò antequam ad huiusmodi administrationem accedat, paululum, si opportunitas dabitur, orationi, & sacræ rei quam acturus est, meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi & ceremonias pro temporis spatio prævidebit & perleget.

In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, & desuper stola eius coloris quem Sacramenti ritus exposcit, nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando occasio, vel consue-

tudo

tudo, vel locus interdum aliter suadeat.

Adhibebit quoque unum saltem, si habeat, vel plures clericos, prout loci & Sacramenti ratio postulabit, decenti habitu & superpelliceo pariter indutos.

Curabit etiam, ut sacra supellex, vestes, ornamenta, lintheamina, & vasa ministerij integra, nitidaque sint & munda.

In sacramentorum administratione, eorum virtutem, usum, ac utilitatem, & ceremoniarum significationes, ut Concilium Tridentinum precipit, ex sanctorum Patrum & Catechismi Romani doctrina, ubi commodè fieri poterit, diligenter explicabit.

Dum Sacramentum aliquod ministrat, singula verba, quæ ad illius formam & ministerium pertinent, attentè, distinctè, & piè, atque clara voce pronuntiabit. Similiter & alias orationes & preces deuotè ac religiosè dicet: nec memoria, quæ plerùmque labitur, facile confidet: sed omnia recitabit ex libro. Reliquas præterea ceremonias ac ritus ita decenter grauique actione peraget, ut adstantes ad celestium rerum cogitationem erigat, & attentos reddat.

Ad ministrandum procedens, rei quam tractaturus est, intentus sit, nec de ijs, quæ ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur: in ipsaque administratione actualem attentionem habere studeat, vel saltem, virtualem, cum intentione faciendi quod in eo facit Ecclesia.

Illud porrò diligenter caueat, ne in Sacramentorū administratione aliquid quauis de causa vel occasione, directè vel indirectè, exigat aut petat: sed ea gratis ministret, & ab omni Simonia, atque auaritia suspicione, nedum crimine, longissimè absit. Si quid verò nomine

Rituale Romanum

4
eleemosynæ, aut deuotionis studio, peracto iam Sacramento, sponte à fidelibus offeratur, id licitè pro consuetudine locorum accipere poterit, nisi aliter Episcopo videatur.

Fidelibus alienæ parochiæ Sacramenta non ministrabit nisi necessitatis causa, vel de licentia Parochi, seu Ordinarij.

Omnes autem qui Sacramenta suscipiunt, loco & tempore opportuno monebit, ut remoto inani colloquio, & habitu, actûque indecenti, piè ac deuotè Sacramentis intersint, & ea, qua par est, reuerentia suscipiant.

Librum hunc Ritualement (ubi opus fuerit) semper cum ministrabit, secum habebit, ritûsque & ceremonias in eo præscriptas diligenter seruabit.

Ceterùm illorum tantùm Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc Opere præscribuntur; cuiusmodi sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema unctio, & Matrimonium. Reliqua verò duo Sacramenta Confirmationis & Ordinis, cum propria sint Episcoporum, ritus suos habent in Pontificali præscriptos. Et ea, quæ de ijs atque alijs Sacramentis scire, seruare, & docere Parochi debent, cum ex alijs libris, tum præcipuè ex Catechismo Romano sumi possunt. Si quidem hîc de ijs ferè tantùm agere instituti operis ratio postulat, quæ ad ipsorum quinque Sacramentorum ritus pertinent.

Postremò, quisquis Sacramenta administrare teneatur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes, eosque præsertim, in quibus variarum parochialium functionum notæ ad futuram rei memoriam describuntur, ut ad finem huius Ritualis habetur.

cis nostri †, & in virtute Spiritus sancti †, ve-
discedas ab hoc plasmate Dei **N.** quod Domi-
nus noster ad templum sanctum suum vocare
dignatus est, vt fiat templum Dei viui, & Spi-
ritus sanctus habitet in eo. Per eundem Chri-
stum Dominum nostrum, qui venturus est iu-
dicare viuos & mortuos, & sæculum per
ignem. **R.** Amen.

**Postea Sacerdos digito accipiat de saliu-
oris sui, & tangat aures & nares infantis: tan-
gendo verò aurem dexteram, & sinistram, di-
cat: Ephpheta, quod est Adaperire: deinde
tangat nares, dicens: In odorem suauitatis. Tu
autem effugare diabole, appropinquabit enim
iudicium Dei.**

**Postea interrogat baptizandum nominatim,
dicens: N Abrenuntias satanæ?**

Respondet Patrinus: Abrenuntio.

Et omnibus operibus eius? R. Abrenuntio.

Et omnibus pompis eius? R. Abrenuntio.

**Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo
Catechumenorū, & infantē vngit in pectore,
& inter scapulas, in modū Crucis dicens: Ego
te lino oleo salutis in Christo IESU Domino
nostro, vt habeas vitam æternam. R. Amen.**

Hic deponit stolā violaceā & sumit aliam albi coloris.

**Subinde pollicem & inuncta loca abstergit
bombacio, vel re simili, & interrogat expresso
nomine baptizandum, Patrino respondente.**

**N. Credis in Deum Patrem omnipotentem,
creatorem cæli & terræ? R. Credo.**

**Credis in Iesum Christum Filium eius vni-
cum**

immittit in os Catechumeni, dicens: N. Acci-
pe sal sapientiæ, propitiatio tibi sit in vitam
æternam. *R.* Amen. *Sacerdos.* Pax tibi. *R.* Et
cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

DEus patrum nostrorum, Deus vniuersæ
conditor veritatis, te supplices exora-
mus, vt hunc famulum tuum *N.* respicere di-
gneris propitius, & hoc primum pabulum salis
gustantem, non diutiùs esurire permittas, quò
minùs cibo expleatur cælesti, quatenus sit
semper spiritu feruens, spe gaudens, tuo sem-
per nomini seruiens. Perduc eum Domine
quæsumus, ad nouæ regenerationis lauacrum,
vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum
æterna præmia consequi mereatur. Per Chri-
stum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Si plures sint, dicatur singulis: N. Accipe
sal, &c. & præcedens *Oratio*, **D**eus patrum
nostrorum, in numero plurali.

*Quòd si Catechumenus fuerit Gentilis, seu
ex Idololatriis venerit ad Fidẽ, benedicto sale,
priusquam eius medicinam gustet, Sacerdos
addat sequentem Orationem, dicens:*

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æter-
ne Deus, qui es, qui eras, & qui perma-
nes vsque in finem, cuius origo nescitur, nec
finis comprehendi potest: te supplices inuo-
camus super hunc famulum tuum *N.* quem
liberasti de errore, gentilium, & conuersatio-
ne turpissima: dignare exaudire eum, qui tibi
cervices

le album. Et cum rursus interrogat de Fide, **Credis in Deum, &c. Vis baptizari, &c.** & cum baptizat per infusionem, sedet cum mitra. Si verò baptizat per immersionem, mitram retinens stare debet.

Cum demum Chrismate verticem baptizati linit, & dat ei vestem candidam, & candelam accensam, ac dicit: **Vade in pace, &c.** sedet cum mitra.

Si autem Pontifex quempiam à Presbytero iam catechizatum, tantum baptizare voluerit, sic paratus vestibus albis incipiat, postquam ad Baptisterium deuentum fuerit, dicens: **Quo nomine vocaris? R. N.** Episcopus interrogat: **N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, &c.** & prosequitur vsque in finem iuxta ordinem Baptismi, vt supra.

BENEDICTIO FONTIS BAPTISMI

extra Sabbatum Paschæ & Pentecostes,
cum aqua consecrata non habetur.

Primùm lauatur & mundatur vas Baptisterij, deinde limpida aqua repletur. Tum Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam alijs Presbyteris, Cruce & duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo, & incenso, & cum vasculis Chismanis & olei Catechumenorum descendit ad Fontem, & ibi vel ante altare Baptisterij, dicit Litaniam ordinariam prout habetur infra post Septem Psalmos Pœnitētiales.

Et ante **ψ.** **Vt nos exaudire digneris,** dicat & secundo repetat sequentem versum:

Vt

mentum humiliter adorent, ac reuerenter suscipiant, viri quantum fieri potest à mulieribus separati.

Moneantur præterea communicantes, vt sumpto Sacramento non statim ab Ecclesia discedant, aut colloquantur, nec statim vagis oculis circumspiciant, aut expuant, neque de libro statim Orationes recitent, ne Sacramenti species de ore decidant: sed, qua par est deuotione, aliquantisper in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima passione Dominica, in cuius memoriam hoc mysterium celebratur & sumitur.

Curare porrò debet, vt perpetuò aliquot particula consecrata eo numero, qui vsui infirmorum & aliorum fidelium communioni satis esse possit, conseruentur in pixide ex solida decentique materia, eaque munda, & suo operculo benè clausa, albo velo cooperta, & quantum res feret, ornato in tabernaculo claue obserato.

Hoc autem tabernaculum conopæo decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum, in Altari maiori, vel in alio, quod venerationi & cultui tanti Sacramenti commodius ac decentius videatur, sit collocatum, ita vt nulli alijs sacris functionibus, aut Ecclesiasticis Officijs impedimentum afferatur. Lampades coram eo plures, vel saltem vna die noctique perpetuò colluceat; curabitque Parochus, vt omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra mundaque sint, & conseruentur.

Sanctissime Eucharistie particulas frequenter renouabit. Hostiæ verò, seu particula consecranda sint recentes, & vbi eas consecrauerit, veteres primò distribuat, vel sumat.

Fideles omnes ad sacram Communionem admittendi sunt, exceptis ijs, qui iusta ratione prohibentur. Arcendi
autem

ut dictum est, ad collum appēdat, ut commodius & securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanula.

Cū peruentum fuerit ad locum ubi iacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum dicit: Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde deposito Oleo super mensam, super pelliceo stolaeque violacea indutus, egroto Crucem piē deosculandam porrigit: mox in modum crucis eum aqua benedicta, & cubiculum & circumstantes aspergit, dicens Antiphonam Asperges &c. Quod si agrotus voluerit confiteri, audiat illum, & absoluat. Deinde pijs verbis illum consoletur, & de huius Sacramenti vi atque efficaciam, si tempus ferat, breuiter admoneat; & quantum opus sit, eius animū confirmet, & in spem erigat vitæ æternæ.

Postea dicat versiculum. Adiutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **ψ.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Introcat, Domine Iesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu, æterna felicitas, diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dæmonum; adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum: & benedic t nostræ conuersationi: sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus, & pius es, & permanes cum Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus

S ancte Matthæ,	ora.
S ancte Simon,	ora.
S ancte Thadæ,	ora.
S ancte Matthia,	ora.
S ancte Barnaba,	ora.
S ancte Luca,	ora.
S ancte Marce,	ora.
O mnes sancti Apostoli & Euangelistæ,	orate.
O mnes sancti Discipuli Domini,	orate.
O mnes sancti Innocentes,	orate.
S ancte Stephane,	ora.
S ancte Laurenti,	ora.
S ancte Vincenti,	ora.
S ancti Fabiane & Sebastiane,	orate.
S ancti Ioannes & Paule,	orate.
S ancti Cosma & Damiane,	orate.
S ancti Geruasi & Protasi,	orate.
O mnes sancti Martyres,	orate.
S ancte Silvester,	ora.
S ancte Gregori,	ora.
S ancte Ambrosi,	ora.
S ancte Augustine,	ora.
S ancte Hieronyme,	ora.
S ancte Martine,	ora.
S ancte Nicolae,	ora.
O mnes sancti Pōtifices & Confessores,	orate.
O mnes sancti Doctores,	orate.
S ancte Antoni,	ora.
S ancte Benedicte,	ora.
S ancte Bernarde,	ora.
S ancte Dominice,	ora.
S ancte Francisce,	ora.
O m-	

Litaniæ.

101

Omnes sancti Sacerdotes & Leuitæ, orate.
Omnes sancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine,
Propitius esto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, Libera.
Ab ira tua, Libera.
A subitanea & improuisa morte, Libera.
Ab insidijs diaboli, Libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, Lib.
A spiritu fornicationis, Libera.
A fulgure & tempestate, Libera.
A morte perpetua, Libera.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, Lib.
Per aduentum tuum, Libera.
Per Natiuitatem tuam, Libera.
Per baptismum & sanctum ieiunium tuum, Libera nos Domine.
Per crucem & passionem tuam, Libera.
Per mortem & sepulturam tuam, Libera.
Per sanctam resurrectionem tuam, Libera.
Per admirabilem ascensionem tuam, Libera.

- P**er aduentum Spiritus sancti paracliti, Lib.
In die iudicij, Libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, Te rogamus.
Vt nobis indulgeas, Te rogamus.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere di-
 gneris. Te rogamus.
Vt Ecclesiam tuam sanctam regere & confer-
 uare digneris, Te rogamus.
Vt domnum Apostolicum, & omnes Ecclesia-
 cos ordines in sancta religione conseruare
 digneris. Te rogamus.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digne-
 ris, Te rogamus audi nos.
Vt Regibus & Principibus Christianis pacem
 & veram concordiam donare digneris, Te
 rogamus audi nos.
Vt cuncto populo Christiano pacem & vnita-
 tem largiri digneris, Te rogamus.
Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confor-
 tare & conseruare digneris, Te rogamus.
Vt mentes nostras ad cœlestia desideria eri-
 gas, Te rogamus.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiter-
 na bona retribuas, Te rogamus.
Vt animas nostras, fratrum, propinquorum, &
 & benefactorum nostrorum ab æterna dam-
 natione eripias, Te rogamus.
Vt fructus terræ dare & conseruare digneris,
 Te rogamus audi nos.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem eter-
 nam donare digneris, Te rogamus.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus.

Filij Dei, Te rogamus audinos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Misere-re nobis.

Christe audi nos. **C**hriste exaudi nos. **K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster. **secretò.** **ψ.** Et ne nos inducas in tenta-tionem, **R.** Sed libera nos à malo. **Psalm. 69.**

Deus in adiutorium meum intende: Do-mine ad adiuuandum me festina.

Confundantur, & reuereantur: qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant: qui vo-lunt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes, qui quæ-runt te: & dicant semper, Magnificetur Do-minus, qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus & pauper sum: Deus ad-iuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Do-mine ne moreris. **G**loria Patri. **S**icut erat.

ψ. Saluos fac seruos tuos. **R.** Deus meus spe-rantes in te. **ψ.** Esto nobis Domine turris forti-tudinis. **R.** A facie inimici. **ψ.** Nihil proficiat inimicus in nobis, **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. **ψ.** Domine non secun-dum

dum peccata nostra facias nobis. **R.** Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **ψ.** Oremus pro Pontifice nostro **N. R.** Dominus cōseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. **ψ.** Oremus pro benefactoribus nostris. **R.** Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam, Amen. **ψ.** Oremus pro fidelibus defunctis. **R.** Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. **ψ.** Requiescant in pace. **R.** Amen. **ψ.** Pro fratribus nostris absentibus. **R.** Saluos fac seruos tuos, Deus meus, sperantes in te. **ψ.** Mitte eis Domine auxilium de sancto. **R.** Et de Sion tuere eos. **ψ.** Domine exaudi orationem meã. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **ψ.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro **N.** & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VRe igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus,
vt pro

vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

¶ Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

¶ Exaudiat nos omnipotēs & misericors Dominus. R. Amen. ¶ Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.





DE VISITATIONE ET CVRA INFIRMORVM.



PAROCIVS in primis meminisse debet, non postremas esse muneris sui partes, agrotantium curam habere. Quare cum primum nouerit, quempiam ex fidelibus cura sua commissis agrotare, non expectabit ut ad eum vocetur, sed ultrò ad illum accedat; idque non semel tantum, sed saepius, quatenus opus fuerit: horteturque parochiales suos ut ipsum admoneant, cum aliquem in Parochia sua agrotare contigerit, præcipuè si morbus grauior fuerit.

Ad hoc iuuabit, præsertim in amplis Parochijs, agrotorum notam seu catalogum habere, ut cuiusque statum & conditionem cognoscat, eorumque memoriam faciliùs retinere, & illis opportunè subuenire possit.

Quòd si Parochus legitimè impeditus, infirmorum, ut quando plures sunt, visitationi interdum vacare non potest; id præstandum curabit per alios Sacerdotes, si quos habet in Parochia sua, aut saltem per laicos homines pios, & Christiana charitate præditos.

Agrotos visitans, ea, qua Sacerdotes Domini decet, honestate & grauitate se habeat, ut non aegris solum, sed sibi & domesticis verbo & exemplo profit ad salutem.

Eorum

Eorum verò præcipuam curam geret, qui humanis auxilijs destituti, benigni ac prouidi Pastoris charitatem & operam requirunt. Quibus non potest ipse succurrere de suo, & eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetit, erogare, quantum fieri potest, siue per charitatis, vel alterius nominis Confraternitatem, si in ea ciuitate vel loco fuerit, siue per priuatas siue per publicas collectas & eleemosynas, illorum necessitatibus succurrendum curabit.

In primis autem spiritalem egrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in via salutis eos dirigat, atque à diabolicis insidijs salutaribus adiumentorum præsidio defendat ac tueatur.

Accedat autem ad egrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta: ac præsertim Sanctorum exempla, quæ plurimum valent; quibus cum in Domino consoletur, excitet, ac recreet. Horteturque ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum pœniteat, diuinam misericordiam imploret, & infirmitatis pœnas, tamquam paternam Dei visitationem, patienter ferat, & ad salutem suam prouenisse credat, ut vitam morèsque suos melius instituat.

Deinde qua par est prudentia & charitate hominem ad sacram confessionem inducat, & confitètem audiat, etiamsi velit totius vitæ peccata confiteri; ac si opus fuerit, tam infirmo, quàm eius familiaribus vel propinquis in memoriam reuocet, quòd Lateranensis Concilij, ac plurium summorum Pontificum decretis cauetur sub grauibuspœnis, ne Medici ultra tertiam vicem egrotos visitent, nisi prius ipsis certè constet, illos confessionis Sacramento ritè expiatos fuisse.

Illud prætereà diligenter seruari curabit, ne quis pro corpora-

corporali salute aliquid agroto suadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animæ conuertatur.

Vbi verò periculum immineat, Parochus monebit agrotum, ne demonum astutia, neque Medicorum sollicitationibus, neque propinquorum aut amicorum blanditijs se ullo modo decipi sinat, quò minus ea quæ ad animæ salutem pertinent, opportunè procuret, & qua par est deuotione & celeritate, sancta Sacramenta, dum sana mens est, integrique sensus, religiosè suscipiat, citra fallacem illam ac perniciosam procrastinationem, quæ plurimos ad æterna supplicia perduxit, indiesque fallente diabolo perducit.

Quòd si ager aliquis hortationibus ac monitis Sacerdotum, vel amicorum & domesticorum consilijs adducè non potest, ut velit peccata sua confiteri, tunc non omnino desperanda res est; sed quamdiu ille uiuit, repetenda sunt frequentes, varia, & efficaces Sacerdotum & aliorum piorum hominum exhortationes; proponendaque æternæ salutis damna, & sempiternæ mortis supplicia; ostendendaque immensa Dei misericordia, cum ad pœnitentiam prouocantis, ad ignoscendum paratissimi. Adhibenda sunt etiam tum priuata, tum publica ad Deum Preces, ad diuinam gratiam impetrandam pro salute miseri decumbentis.

Videbit denique Sacerdos, quibus potissimùm temptationibus aut prauis opinionibus ager sit subiectus, eique prout opus fuerit, apta remedia prudenter adhibebit.

Sacras imagines Christi Domini Crucifixi, beatæ Mariæ Virginis, & Sancti, quem ager præcipuè veneratur, ob oculos eius apponi curabit. Vasculum item adsit aqua benedicta, qua frequenter aspergatur.

Proponet etiam agrotanti, prout eius conditio feret, aliquas

aliquas breues Orationes, & pias mētis ad Deum excitationes: praesertim versiculos è Psalmorum libro, vel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, vel Passionis Domini nostri meditationem, & Sanctorum martyria & exempla, ac caelestis gloriae beatitudinem. Haec tamen opportunè & discretè suggerantur, ne aegroto molestia, sed leuamen afferatur.

Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in Missa sacrificio, & alijs Precibus oraturum, curaturumque ut alijs itidem pro eo faciant; idque re ipsa praestabit.

Si morbus grauior, vel cum periculo fuerit, aegroto suadeat, ut dum integramente est, rem suam omnem rectè constituat, & testamentum faciat; si quid habet alienum, restituat, & ad remedium animae suae pro facultatibus, quod in Domino ei placuerit, disponat: sed haec suggerendo, omnis auaritia nota caueatur.

Hortetur denique, ut si conualuerit, ante omnia ad Ecclesiam veniat, ubi Deo gratias agat de restituta valetudine, & sacram Communionem piè suscipiat, ac deinceps meliorem vitam disciplinam teneat.

Sequentes Preces omnes, vel ex parte, prout tempus & aegrotorum conditio feret, arbitrio Sacerdotis dici vel omitti possunt.

Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingressus, primùm dicat: Pax huic domui. &c. Et omnibus habitantibus in ea. **Mox infirmum, & lectum eius, & cubiculum aspergat aqua benedicta dicens Antiphonam, Asperges me Domine, &c. Deinde erga infirmum officium suum praestet, ut supra dictum est. Quo praestito, vel antequam discedat, dicere poterit supra infirmum aliquem Psalmum ex quatuor**
 Priori-

De visitatione & cura infirmorum. III

prioribus Pœnitentialibus, vel Psalmum 90.
Qui habitat in adiutorio. &c. cum Gloria Pa-
tri. in fine, Postea dicat: Kyrie eleison. C hri-
ste eleison. Kyrie eleison. P ater noster. &c.
ψ. Et nos inducas in tentationem. R. Sed libe-
ra nos à malo. ψ. Saluum fac seruum tuum.
R. Deus meus sperantem in te. ψ. Mitte ei
Domine auxilium de sancto. R. Et de Sion
tuere eum. ψ. Nihil proficiat inimicus in eo.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
ψ. Esto ei Domine turris fortitudinis. R. A
facie inimici. ψ. Dominus opem ferat illi.
R. Super lectum doloris eius. ψ. Domine
exaudi orationem meam. R. Et clamor meus
ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum. R. Et
cum spiritu tuo. O remus.

DEus, cui proprium est misereri semper,
& parcere: suscipe deprecationem no-
stram: vt nos, & hunc famulum tuum, quos de-
lictorum catena constringit, miseratio tuę pie-
tatis clementer absoluat.

DEus infirmitatis humanæ singulare præ-
sidium, auxiliij tui super infirmum famu-
lum tuum ostende virtutem, vt ope miseri-
cordiæ tuæ adiutus, Ecclesiæ tuæ sanctæ inco-
lumis representari mereatur.

Concede hunc famulum tuum, quæsu-
mus Domine Deus, perpetua mentis &
corporis sanitate gaudere; & gloriosa beatæ
Mariæ semper virginis intercessione, à præsen-
ti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per
Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Be-

Benedictio Dei omnipotentis, Patris †, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te, & maneat semper: *R.* Amen.

Deinde aspergat eum aqua benedicta.

Qui sequuntur Psalmi, & Euangelia, cum Precibus, pro temporis etiam opportunitate, & ægrotantium pio desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterunt. Psalmus 6. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. in fine Gloria Patri. Sicut erat. vt supra fol. 90. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. V. Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

R. Gloriatibi Domine.

Dum Sacerdos dicit: Sequentia sancti, &c. faciat signum Crucis de more super se in fronte, ore, & in pectore, similiter super infirmum, si fuerit masculus, & is ob infirmitatem non potest se signare.

Si autem fuerit femina, dum Sacerdos se signat, illa per semetipsam in locis prædictis se signet, si potest; si verò non potest, alia mulier eam signet, & hoc idem in sequentibus Euangelij seruetur.

Matth. 8.

IN illo tempore: Cùm introisset Iesus Capernaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego
homo

De visitatione & cura infirmorum. 113

homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Oremus.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo **N.** pro quo misericordie tue imploramus auxilium, vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Psalmus 15.

Conserua me Domine, quoniam speraui in te: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei:

H tu

tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & usque ad noctem increperunt me renes mei.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.

Gloria Patri. **S**icut erat, &c.

Ps. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Ps. Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum. **R.** Gloria tibi Domine.

Marc. 16.

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim Discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum surrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur.

De visitatione & cura infirmorum. 115

tur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt.

Oremus.

Oratio.

Virtutum cælestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis: adesto propitius huic famulo tuo N. vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Psalms 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de sancto; & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus christum suum.

Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentibus salus dexteræ eius.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.

H 2

Domi

Domine saluum fac regem : & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Gloria Patri.

Ps. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Ps. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. **R.** Gloria tibi Domine.

Luc. 4.

In illo tempore : Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus : & rogaerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febrim, & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

Oremus.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis infusa virtutis tuæ dignatione, confirmas, vt salutaribus remedijs pietatis tuæ corpora nostra & mentes vegetentur : super hunc famulum tuum propitius intende ; vt omni necessitate corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinae sanitatis perfectè reparetur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Psalmus 85.

Incлина Domine aurem tuam, & exaudi me : quoniam inops & pauper sum ego. **C**ustodi animam meam, quoniam sanctus sum : saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Mise-

tormenta in hoc sæculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cælestis; præstante Domino nostro IESU Christo: Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum.
 & Amen.

Si verò diutiùs laborat anima, poterit legi super eum hoc Euangelium sancti Ioannis.

Ioan. 17.

SVbleuatis oculis in cælum Iesus dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: vt cognoscant te, solum Deum verum: & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificauit super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt: & cognouerunt verè, quia à te exiui: & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt: & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos
 inno-


cipiatur te Christus qui vocauit te, & in sinum
 Abrahamæ Angeli deducant te. *R.* Suscipientes
 animam eius, Offerentes eam in conspectu
 Altissimi. *ψ.* Requiem æternam dona ei Do-
 mine, & lux perpetua luceat ei. Offerentes
 eam in conspectu Altissimi. *K* yrie eleison.
*C*hriste eleison. *K* yrie eleison. *P*ater noster.
ψ. Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed
 libera nos à malo. *ψ.* Requiem æternam dona
 ei Domine. *R.* Et lux perpetua luceat ei. *ψ.* A
 porta inferi. *R.* Erue Domine animam eius.
ψ. Requiescat in pace. *R.* Amen. *ψ.* Domi-
 ne exaudi orationem meam. *R.* Et clamor
 meus ad te veniat. *ψ.* Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

*O*remus.

Tibi Domine commendamus animam
 famuli tui *N.* vt defunctus sæculo tibi
 viuat, & quæ per fragilitatem humanæ con-
 uersationis peccata commisit, tu venia mi-
 sericordissimæ pietatis absterge. Per Chri-
 stum Dominum nostrum.


Interim detur campanæ signum transitus
 defuncti pro loci consuetudine, vt audientes
 pro eius anima Deum precentur. Deinde
 corpus de more honestè compositum loco
 decenti cum lumine collocetur; ac parua
 Crux super pectus inter manus defuncti po-
 natur: aut vbi Crux desit, manus in modum
 Crucis componantur: interdumque asperga-
 tur Aqua benedicta: & interim donec effe-
 ratur, qui adsunt, siue Sacerdotes, siue alij,
 orabunt pro defuncto.

D E



Deinde omnes simul dicunt:

Christe eleison.



Kyrie eleison.

Mox Sacerdos dicit alta voce: Pater noster, &c. & secreto dicitur ab omnibus: & ipse interim accipit à Diacono vel Acolytha aspersorium Aquæ benedictæ, & facta profunda inclinatione Cruci, quæ est ex aduerso, Diacono seu ministro genuflectente, & fimbrias pluuiialis subleuante: circumiens feretrum (si transit ante Sacramentum genuflectit) aspergit corpus defuncti, deinde reuersus ad locum suum, Diacono ministrante, accipit thuribulum, & eodem modo circuit feretrum, & corpus incensat, ut asperferat: postea reddito thuribulo ei à quo acceperat, stans in loco suo, Acolytha seu alio ministro tenente librum aper. im ante se, dicit: *ψ* Et ne nos inducas in tentationem. *℞* Sed libera nos à malo. *ψ* A porta inferi. *℞* Erue Domine animam eius. *ψ* Requiescat in pace. *℞* Amen. *ψ* Domine exaudi orationem meam.

meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *ψ* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.


Oremus,

Oratio.


DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui. *N*quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriam Paradisi perduci: vt quia in te sperauit & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur pro anima famuli tui Sacerdotis, quam hodie, &c.


Finita oratione, corpus defertur ad sepulchrum, si tunc deferendum sit, & dum portatur, Clerici cantant Antiphonam.




IN pa ra disum de ducant




te Ange li : in tu o




ad uen tu suscipi ant te Mar-




tyres, & perdu cant te in



ci ui tatem sanctã Ie ru salem.




Chorus Angelorum te sus-



ci pi at, & cum La zaro
quon-



quondam paupe re æternam




ha be as re qui em.

Cum autem peruenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem. Oremus.

DEus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem, & quorum quarumque corpora hîc sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolue vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætentur. Per Christum Dñm nostrum. R. Amen.


Dicta Oratione, Sacerdos Aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti, & tumulum.

Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omisso Responsorio, In Paradisum, &c, & benedictione sepulchri, si iam est benedictum, prosequatur Officium, ut infra, quod numquam omittitur, & intonet Añam.




& dicitur
Canticum
Benedictus.

E go sū resur rectio.




E u o u a e. 2. toni.


Et repetitur
Antiphona.



E go sū resur rectio




& vi ta, qui cre dit in




me, e ti am si mor tu us


fue-



fu e rit , viuet ; & omnis ,



qui vi uit , & credit in me ,



non mo ri e tur in æ ternum.

Postea Sacerdos dicit: Kyrie eleison. **C**hris-
 ste eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster, &c.
interim corpus aspergit. **ψ** Et ne nos inducas
 in tentationem. **℞** Sed libera nos à malo.
ψ A porta inferi. **℞** Erue Domine animam
 eius. **ψ** Requiescat in pace. **℞** Amen. **ψ** Do-
 mine exaudi orationem meam. **℞** Et clamor
 meus ad te veniat. **ψ** Dominus vobiscum.
℞ Et cum spiritu tuo.

Oremus.

FAc, quæsumus Domine, hanc cum seruo
 tuo defuncto, [**v**el famula tua defuncta]
 mise-

misericordiam, vt factorum suorum in poen-
 nis non recipiat vicem, qui [*vel* quæ] tuam
 in votis tenuit voluntatem: vt sicut hic cum
 [*vel* eam] vera fides iunxit fidelium turmis,
 ita illic eum, [*vel* eam] tua miseratio societ
 Angelicis choris. Per Christum Dominum
 nostrum. *R.* Amen. *ψ.* Requiem æternam
 dona ei Domine. *R.* Et lux perpetua luceat
 ei. *ψ.* Requiescat in pace. *R.* Amen. *ψ.* Ani-
 ma eius, & animæ omnium fidelium defun-
 ctorum per misericordiam Dei requiescant
 in pace.

*Deinde à sepultura in Ecclesiam, vel in Sa-
 cristiam reuertentes dicant sine cantu Antip.
 Si iniquitates, cum Psalmo. De profundis,
 &c. Requiem æternã dona eis Domine, &c.*

*Si verò ob rationabilem causam, videlicet
 ob temporis angustiam, vel aliorum funerum
 instantem necessitatem, prædictum Officium
 mortuorum cum tribus Nocturnis & Laudibus
 dici non potest; deposito in Ecclesia fe-
 retro cum corpore, dicatur saltem primum
 Nocturnum cum Laudibus, vel etiam sine
 Laudibus, maxime vbi eiusmodi viget con-
 suetudo, incipiendo ab Inuitatorio. Regem,
 cui omnia viuunt, Venire, &c. Et postea om-
 nia alia dicantur, quæ suprâ præscripta sunt
 dicendo post officium mortuorũ, & Missam.*

*Quod si etiam ea fuerit temporis angustia,
 vel alia vrgens necessitas, vt vnum Nocturnũ
 cum Laudibus dici non possit, aliæ prædictæ
 Preces, & suffragia numquam omittantur.*

Missæ

Missæ verò, si hora fuerit congruens, ritu pro defunctis, vt in die obitus, præsentè corpore non omittatur, nisi obstet magna diei solemnitas, aut aliqua necessitas aliter suadeat, & post Missam fiat vt supra.






OFFICIUM

DEFUNCTOIVM.

Dicitur in Choro in die depositionis, & alijs diebus, pro temporis opportunitate, & Ecclesiarum consuetudine, vt suprà dictum est. In die verò depositionis, & tertio, septimo, trigesimo, & anniuersario, duplicantur Antiphonæ. Et in fine Psalmorum dicitur: **R**equiem æternam dona eis Domine. Et lux perpetua luceat eis. **E**tiam si pro vno tantum fiat Officium.

Ad Vesperas absolutè incipitur ab Antiphona.



Pla ce bo Do mi no.

Euo-



E u o u a e. 3. toni.

Psalmus 114.



DILEXI, quoniam exau-
diat Dominus: vocem ora-
tionis meæ.

Quia inclinavit aurem
suam mihi: & in diebus
meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & pe-
ricula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni: & no-
men Domini inuocaui.

O Domine libera animam meam: miseri-
cors Dominus & iustus, & Deus noster mi-
feretur.

Custodiens paruulos Dominus: humiliatus
fum, & liberauit me.


Conuertere anima mea in requiem tuam:
quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: ocu-
los meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

Placebo Domino: in regione uiuorum.

Requiem æternam.


Añz.




Añã. Place bo Do mi no in re-



gi o ne vi uorum.



Añã. Hei mi hi.



E u o u a e. 2. toni.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa.


Quid

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?


Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est; habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.



Añã. Hei mi hi Domine: qui-




a incolatus meus pro-



longatus est.

Añã. Dominus.

Euo-



Euouae. 8.toni.

Psalmus 120.

Leuauit oculos meos in montes: unde ueniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit caelum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.


Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israel.

Dominus custodit te: Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.


Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in saeculum.




Añã. Dominus custodit te ab
omni

Officium Defunctorum.


177




omni ma lo: custodi at



a nimam tu am Dominus.



Añã. Si i ni qui ta tes.



E u o u a e. 7. toni.

Psalms 129.

DE profundis clamaui ad te Domine:
Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentés: in vocem de-
precationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domi-
M

ne quis sustinebit?


Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino.

Acustodia matutina usque ad noctem: speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: ex omnibus iniquitatibus eius.



Añã. Si iniquitates obser-




ua ueris Domine, Domine



quis sustinebit?

Añã.



Añã. O pe ra manuum.



E u o u a e. 2. toni.

Psalms 137.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in vijs Domini: quoniam magna est gloria Domini.


Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta à longè cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis, viui-


ficabis me: & super iram inimicorum meo-
rum extendisti manum tuam, & saluum me
fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: Domine mise-
ricordia tua in sæculum, opera manuum tua-
rum ne despicias.


Requiem æternam dona eis Domine, & lux
perpetua luceat eis.



Añã. O pe ra manuum tu a rum



Domine ne des pi cias.




ψ. Audi ui vocem de coelo di-


cen-




at e is. **V**eni te a doremus.



Regem cui omnia vi uūt,



Veni te a doremus.




Añã. Di rige. E u o u a e. 7. toni

Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.


Intende voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus.

Quo-




re

Quia.




W. Requiem



æternam dona eis



Domine: & lux perpetua




lu

ceat


e-

is.




ve ne ris.

IN TERTIO NOCTVRNO.



Añã. Compla ceat.



E u o u a e. 2 toni.

Psalms 39.

EXpectans expectavi Dominum : & in-
tendit mihi.

Et exaudiuit preces meas : & eduxit me de lacu miseriæ , & de luto fæcis.

Et statuit super petram pedes meos : & direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum : carmen Deo nostro.

Videbunt multi , & timebunt : & sperabunt in Domino.

Beatus vir , cuius est nomen Domini spes eius : & non respexit in vanitates , & insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua : & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiaui , & locutus sum : multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti : aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum & pro peccato non postulasti : tunc dixi , Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me , vt facerem voluntatem tuam : Deus meus volui , & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna : ecce labia mea non prohibebo , Dominus tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo : veritatem tuam , & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam , & veritatem tuam : à concilio multo.

Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me : misericordia tua & veritas

tua

tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine, vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice.

Confundantur & reuereantur simul qui quærunt animam meam: vt auferant eam.

Conuertantur retrorsum, & reuereantur: qui volunt mihi mala.


Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, Euge, Euge.

Exultent, & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.


Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.


Requiem æternam.




Añã. Complaceat tibi Domine,




vt eru as me: Do mine,




ad ad iu uandum me



re spice.



Añã. Sana Domine.



Eu o u a e.

2 toni.

Pfal-

Psalmus 40.

B Eatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

D ominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

D ominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius verfasti in infirmitate eius.

E go dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

I nimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen eius?

E t si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.

E grediebatur foras: & loquebatur in idipsum.

A duersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

V erbum iniquum constituerunt aduersum me: Numquid qui dormit, non adijciet vt resurgat?

E tenim homo pacis meæ, in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

T u autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.


I n hoc cognoui, quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

M e autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

B e-

Benedictus Dominus Deus Israël à sæculo,
& vsque in sæculum: fiat, fiat.


Requiem æternam.



Añã Sana Domine animam meam,



qui a pec ca ui ti bi.



Añã. Si ti uit. E u o u a e. 2. to.

Psalmus 41.

Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciẽ Dei?

Fuerũt mihi lacrymę meę panes die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?

Hæc

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm, à monte modico.

Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui: super me transierunt.

In die mandauit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

A pud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?


Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?


Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.


Añã.




Añã. Si ti uit ani ma mea ad




Deum fortem viuum:quando



ueniam, & ap pa re bo



ante fa ciem Domini?




W. Ne tradas bestijs animas


con-



confitentes tibi. *R.* Et animas



pauperū tuorū ne obliuiscaris



in finem.

Pater noster. *totum secretò.*


Lectio vij.

Iob. 17.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meū. Noctem verterunt in diem, & rursus post tenebras spero lucem. Si sustinero, infernus

do.

domus mea est, & in tenebris stravi lectulum
meum. Putredini dixi, Pater meus es: mater
mea, & soror mea, vermibus. Vbi est ergo
nunc præstolatio mea, & patientia mea? Tu
es Domine Deus meus.




R. Peccan tem me quoti di e,



& non me poeni tentem,



ti mor mor tis con-




turbat me. **Q**uia in in fer-


no




nō nul la est re dempti-



o mi se re re



me i Deus & sal ua me.



v. Deus in no mine tu-



o sal uum me fac, &


in

Rituale Romanum.

210



in virtute tua libera me.



Quia in.


Lectio viij.

Iob. 19. e

Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misere mini mei, misere mini mei, saltē vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbilamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursus circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & nō alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.

R.


Officium Defunctorum.



Ry. Do mi ne se cun dum a etum




me um no li me iu-



di ca re : nihil di gnū



in conspectu tu o.



e gi: I deo de-

Q

Rituale Romanum.



precor ma-




ie statem tu

am. Vt



tu Deus de le as



i ni quita

tem



me

am. **v.** Am plius

laua


Officium Defunctorum.




la ua me Do mi-



ne ab in iusti ti a me-



a, & à delicto me-



o munda



me. Vt tu.

Q 2

¶ Exorcismus.

A Diuro te serpens antique, per Iudicem viuorum & mortuorum, per factorem tuum, per factorem mundi, per eum qui habet potestatem mittendi te in gehennam, vt ab hoc famulo Dei **N.** qui ad Ecclesiæ sinum recurrit, cum metu & exercitu furoris tui festinus discedas. Adiuro te iterum † (**in fronte**) non mea infirmitate, sed virtute Spiritus sancti, vt exeas ab hoc famulo Dei **N.** quem omnipotens Deus ad imaginem suam fecit. Cede igitur, cede non mihi, sed ministro Christi. Illius enim te vrget potestas, qui te Cruci suæ subiugauit. Illius brachium contremisce, qui deuictis gemitibus inferni, animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis †, (**in pectore**) sit tibi formido imago Dei † (**in fronte.**) Non resistas, nec moreris discedere ab homine isto, quoniam complacuit Christo in homine habitare. Et ne contemnendum putes, dum me peccatorem nimis esse cognoscis. Imperat tibi Deus †. Imperat tibi maiestas Christi †. Imperat tibi Deus Pater †, imperat tibi Deus Filius †, imperat tibi Deus Spiritus † sanctus. Imperat tibi sacramentum Crucis †. Imperat tibi fides sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & ceterorum sanctorū †. Imperat tibi Martyrum sanguis †. Imperat tibi continentia Confessorum †. Imperat tibi pia Sanctorum & Sanctarum omnium intercessio †. Imperat tibi Christianæ fidei mysteriorum virtus †. Exi

ergo transgressor. Exi seductor, plene omni dolo & fallacia, virtutis inimice, innocentium persecutor. Da locum dirissime, da locum impiissime, da locū Christo, in quo nihil inuenisti de operibus tuis, qui te spoliauit, qui regnum tuum destruxit, qui te victum ligauit, & vasa tua diripuit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum ministris tuis erit præparatus interitus. Sed quid truculente retineris? quid temerarie detrectas? Reus es omnipotenti Deo cuius statuta transgressus es. Reus es Filio eius Iesu Christo Domino nostro, quem tentare ausus es, & crucifigere præsumpsisti. Reus es humano generi, cui tuis persuasionibus mortis venenum propinasti.

Adiuuro ergo te, draco nequissime, in nomine Agni **†** immaculati, qui ambulauit super aspidem & basiliscum, qui conculcauit leonem & draconem, vt discedas ab hoc homine **†** (**fiat in fronte**) discedas ab Ecclesia Dei **†**, (**fiat signū Crucis super circumstantes**) contremisce, & effuge, inuocato nomine Domini illius, quem inferi tremunt, cui Virtutes cælorum, & Potestates, & Dominationes subiectæ sunt; quem Cherubim & Seraphim indefessis vocibus laudant, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sāctus, Dominus Deus Sabaoth. Imperat tibi Verbum **†** caro factum. Imperat tibi natus **†** ex Virgine. Imperat tibi Iesus **†** Nazareus, qui te, cū discipulos eius contēneres, elisum atque prostratum exire præcepit ab homine; quo præsentem, cū te ab homine separasset,
nec

nec porcorum gregem ingredi præsumebas. Recede ergo nunc adiuratus in nomine † eius ab homine, quem ipse plasmauit. Durum est tibi velle resistere. † Durū est tibi contra stimulum calcitrare. † Quia quanto tardiùs exis, tãto magis tibi suppliciū crescit, quia non homines contemnis, sed illum, qui dominatur viuorum & mortuorū, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem.

℞. Amen.

℥. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℥. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEUS cæli, Deus terre, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, requiem post laborem, quia non est alius Deus præter te, nec esse poterit verus, nisi tu creator cæli & terræ, qui verus Rex es, & cuius Regni nō erit finis: humiliter maiestati gloriæ tuæ supplico, vt hunc famulum tuum de immundis spiritibus liberare digneris. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen. ¶ Exorcismus.

ADiuro ergo te omnis immundissime spiritus, omne phantasma, omnis incurio satanæ, in nomine Iesu Christi † Nazareni, qui post lauacrum Iordanis in desertum ductus est, & te in tuis sedibus vicit, vt quem ille de limo terræ ad honorem gloriæ suæ formaui, tu desinas impugnare: & in homine

miserabili non humanam fragilitatem, sed
 imaginem omnipotentis Dei contremiscas.
 Cede ergo Deo †, qui te & malitiam tuam in
 Pharaone, & in exercitu eius per Moysem
 seruum suum in abyssum demersit. Cede Deo
 †, qui te per fidelissimum seruum suum Da-
 uid de Rege Saule spiritualibus canticis pul-
 sum fugauit. Cede Deo †, qui te in Iuda Isca-
 riote proditore damnauit. Ille enim te diui-
 nis † verberibus tangit, in cuius conspectu
 cum tuis legionibus tremens & clamans di-
 xisti: Quid nobis & tibi Iesu Fili Dei Altissi-
 mi? Venisti huc ante tempus torquere nos?
 Ille te perpetuis flammis vrget, qui in fine
 temporum dicturus est impijs. Discedite à me
 maledicti in ignem æternum, qui paratus est
 diabolo & angelis eius. Tibi enim impie, &
 angelis tuis vermes erunt, qui numquam mo-
 rientur. Tibi & angelis tuis inextinguibile
 præparatur incendium, quia tu es princeps
 maledicti homicidij; tu auctor incæstus, tu sa-
 crilegorum caput, tu actionum pessimarum
 magister: tu hæreticorum doctor, tu totius ob-
 scœnitatis inuentor. Exi ergo † impie, exi †
 scelerate, exi cum omni fallacia tua, quia ho-
 minem templum suum esse voluit Deus. Sed
 quid diutiùs moraris hîc? Da honorem Deo
 Patri omnipotenti †, cui omne genu flecti-
 tur. Da locum Domino Iesu Christo †, qui
 pro homine Sanguinem suum sacratissimum
 fudit. Da locū Spiritui † sancto, qui per bea-
 tum Apostolum suum Petrum te manifestè
 strauit

stravit in Simone mago : qui fallaciam tuam in Anania & Saphira condemnauit, qui te in Herode Rege honorem Deo non dante percussit; qui te in magno Elimaper Apostolum suum Paulum cæcitatatis caligine perdidit, & per eundem de Pythonissa verbo imperans exire præcepit. Discede ergo nunc †, discede † seductor. Tibi eremus sedes est. Tibi habitatio serpens est : humiliare & prosternere. Iam non est differendi tempus. Ecce enim dominator Dominus proximat citò, & ignis ardebit ante ipsum, & præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Si enim hominem fefelleris, Deum non poteris irridere. Ille te eijcit, cuius oculis nihil occultum est. ille te expellit, cuius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit, qui tibi & angelis tuis præparauit æternam gehennam, de cuius ore exhibit gladius acutus, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem.

℞. Amen.

Prædicta omnia, quatenus opus fuerit, repeti possunt, donec obsessus sit omnino liberatus.

Iuuabit prætereà plurimum, hæc quæ infra notantur, super obsessum deuotè dicere, sæpè que repetere.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c. Credo, &c.

Canticum beatæ Mariæ Virginis. Luc. I.

Magnificat : anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus : in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : ecce enim

enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israël puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham, & semini eius in sæcula.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Cāticum. Benedictus Dominus Deus Israël, &c. vt suprā fol. 258.

Symbolum sancti Athanasij.

Qicumque vult saluus esse: ante omnia opus est vt teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisq; integram, inuiolatamque seruauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt vnū Deum in Trinitate: & Trinitatem in vnitatem veneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filij: alia Spiritus sancti.

Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas:

diuinitas : æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus sãctus.

Increatus Pater, increatus Filius : increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius : immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius : æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni : sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi : sed vnus increatus, & vnus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius : omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes : sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius : Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dij : sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius : Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini : sed vnus est Dominus.

Quia sicut sigillatim vnamquamque personam Deum ac Dominum cõfiteri Christiana veritate cõpellimur: ita tres Deos, aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus : nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est : non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio : non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus

Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

Ita vt per omnia, sicut iam suprâ dictum est, & vnitas in Trinitate: & Trinitas in vnitate veneranda sit.

Qui vult ergo saluus esse: ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem: vt incarnationem quoque Domini nostri **I E S V** Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur: quia Dominus noster **I E S V S** Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus: & homo est ex substantia matris in sæculonatus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit, & homo: non duo tamen, sed vnus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deū.

Vnus omnino non confusione substantiæ: sed vnitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus.

Qui

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & redditori sunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica: quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. **G**loria Patri, & Filio, &c.

Psalm. 9. Qui habitat in adiutorio Altissimi, &c. *vt sup. fol. 119.* **P**salmus 67.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu eius: turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit vnus moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui:

tui : cūm pertransires in deserto.

Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai : à facie Dei Israëli.

Pluuiam voluntariã segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est: tu verò perfecisti eã.

Animalia tua habitabunt in ea : parasti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti : & speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ : & posteriora dorsi eius in pallore auri.

Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis : vt quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitū est Deo habitare in eo : etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium : Dominus in eis in Sina in Sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.

Etenim non credentes : inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie : prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

Verum-

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum tuorum : verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus, Ex Basan conuertam : conuertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in sanguine : lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus : ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.

Præuenerunt principes coniuncti psallentibus : in medio iuencularum tympanistiarum.

In Ecclesijs benedicite Deo Domino : de fontibus Israël.

Ibi Benjamin adolescētulus : in mētis excessu

Principes Iuda, duces eorum : principes Zabulon, principes Nephthali.

Manda Deus virtuti tuæ : cōfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Ierusalem : tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio tauro- rum in vaccis populorum : vt excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto : Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo : psallite Domino.

Psallite Deo, qui ascendit super cælum cæli : ad Orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël : magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis

Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. **G**loria Patri, & Filio.

Psal. 69. Deus in adiutorium meum intende, &c. **vt sup. fol. 103.** **Psal. 53.** Deus in nomine tuo saluum me fac, &c. **vt sup. fol. 412.**

Psal. 117. Confitemini Domino quoniam bonus. **vt sup. fol. 141.** **Psalms 34.**

Iudica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & concludere aduersus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum.

Confundantur & reuereantur: quærentes animam meam.

Auertantur retrorsum, & confundantur: cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam puluis ante faciem venti: & Angelus Domini coarctans eos.

Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent: Dñe, quis similis tibi? **E**ripiens

Eripiens inopem de manu fortiorum eius:
egenum & pauperem à diripientibus eum.

Surgentes testes iniqui : quæ ignorabam, in-
terrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis : sterili-
tatem animæ meæ.

Ego autem cùm mihi molesti essent : induc-
bar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam : &
oratio mea in sinu meo conuertetur.

Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum,
sic complacebam : quasi lugens & contrista-
tus sic humiliabar.

Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt:
cōgregata sunt super me flagella, & ignorauit.

Dissipati sunt, nec compuncti, tentauerunt
me, subsannauerunt me subsannatione: fren-
duerunt super me dentibus suis.

Domine quando respicies? restitue animam
meam à malignitate eorum, à leonibus vni-
cam meam.

Confitebor tibi in Ecclesia magna : in populo
gravi laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui aduersantur
mihi iniquè : qui oderunt me gratis, & an-
nuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacificè loqueban-
tur : & in iracundia terræ loquentes, dolos
cogitabant.

Et dilatauerunt super me os suum : dixerunt,
Euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti Dñe, ne fileas: Dñe ne discedas à me.

Exurge, & intende iudicio meo: Deus meus
& Dominus meus in causam meam.

Iudica me secundum iustitiam tuam Domi-
ne Deus meus: & non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis, Euge, euge, ani-
mæ nostræ: nec dicant, Deuorauius eum.

Erubescant & reuereantur simul: qui gratu-
lantur malis meis.

Induantur confusione & reuerentia: qui
magna loquuntur super me.

Exultent & lætentur qui volunt iustitiam
meam: & dicant semper, Magnificetur Do-
minus, qui volunt pacem serui eius.

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam:
tota die laudem tuam. **G**loria Patri.

Psalmus 30.

IN te Domine speraui, non confundar in
æternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurē tuā: accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in do-
mum refugij: ut saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum
es tu: & propter nomen tuum deduces me, &
enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconde-
runt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum:
redemisti me Domine Deus veritatis.

Odisti obseruantes vanitates: superuacue.

Ego autem in Domino speraui: exultabo, &
lætabor in misericordia tua.

Quoniam respexisti humilitatem meam: sal-
uasti

uasti de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici : statuisti in loco spatiofo pedes meos.

Miserere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea : & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea : & ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium & vicinis meis valdè : & timor notis meis.

Qui videbant me, foras fugerunt à me : obliuioni datus sum tamquam mortuus à corde.

Factus sum tamquam vas perditum : quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speraui Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum : & à persequentibus me.

Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua : Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

Erubescant impij, & deducantur in infernum : muta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem : in superbia, & in abusione.

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Do-